Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



90

cabitur iohannes. Et duxerunt ad illam. Quia nemo est
in cognacione tua: qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem pat
ri eius: quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem: scripsit di
cens. Johannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Ape
ruit autem illico os eius: et lingua eius: et loquebatur benedicens deum.
Et factus est timor super omnes uicinos eorum: et super omnia montana
iudee diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui au
dierant in corde suo dicentes. Quid putas puer iste erit. Et
enim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est
spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia uisitauit
et fecit redempcionem plebis suae. Johis et paulu. I. Sapie

Hi sunt uiri misericordie: quorum iustitie obliuionem non acceperunt. Cum
semine eorum permanent bona: hereditas bona filiis nepotibus
eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter
eos in aeternum manent. Generatio eorum et gloria eorum non de
linquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomen eorum uiuet
in seculum. Sapienciam eorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum
pronuntiat omnis ecclesia sanctorum. Eiu. Attendite a fer
mento p. leonis pp. Ecce sacerdos m. Eiu. Homo qui
dam peccat p. Vig. pet et paulu. Actuum apsorum

Iudeis. III. Petrus et iohannes ascendebant in templum: ad horam
orationis nonam. Et quidam uir qui erat claudus ex utero ma
tris suae baiolabatur: quem quotidie ponebant ad portam templi qui
dicitur speciosa: ut peteret elemosinam abeuntibus in templum.
Hic cum uidisset petrum et iohannem incipientes intrare in tem
plum: rogabat ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum pe
trus cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intentebat eos
speranS se aliquid accepturum. Ait petrus. Argen
tum et aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ie
su xpi nazareni surge et ambula. Et apprehensa eius manu dex
tera: allenauit eum. Et protinus consolidate sunt bases eius et

tes